

ducto factum esse, quam omnibus Apo-
stolis alta uoce dicentibus, esse uaticini-
um de filio Dei facto homine, & uero
Messia.

50. Quo te rapit infania? Cur Chri-
sto inuides gloriam suam? Quid est tibi
à Christianis factum? uel, quid à Iudæis
& Turcis accepisti præmiij? Quod eo in-
terrogante, quid tibi uidetur de Messia
cuius filius sit? Respondes cum Pharisæ-
is: David. Et cū ab eo audis Quomodo
ergo David in spiritu uocat eū Dñm,
dicens: Dixit Dominus Domino meo,
sede à dextris meis, Donec ponam ini-
micos tuos scabellum pedum tuorum &c
Si ergo David uocat eum Dominum,
quomodo filius eius est? Paras apologi-
am pro pharisæis, quos Euangelista scri-
bit non potuisse respondere uerbum
& dicis psalmum intelligendum esse iux-
ta literam de salomone, & Dauidem tūc
cecuisse, Dixit יהוה אלהי אדוני יהוה
Adonai, sede ad dextram meam, quan-
do designatus est Salomon futurus rex,
& iuxta allegoriam de Christo resuscita-
to & scandente in coelum.

51. Sed Christus & historia tuam lite-
ram